

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias Quas ... Catharinae Korffes/ Coniugi suavissimae Moestißimus maritus
hodie parat, Cives suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915330>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.

in

C. Korff.

Rostock, 1638.

8





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771915330/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771915330/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771915330/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771915330/phys_0004)

DFG

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQUIAS

Quas

Femina pudicissima

CATHARINÆ

Rorffesi

Conjugi suavissimæ

Mæstissimus maritus hodie parat,

Cives suos in ædem D. Jacobi ad horam mediatam primam serio & diligenter vocat.



ROSTOCHI,

Literis NICOLAI KILI, Academ. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

3.

179:

NON satis erat, Academiæ
Cives, ut Parentem in su-
ctu haberet, ut amitteret
Socerum; domi quoq; fu-
nestus esse debebat Præstantissimus
atq; Eximus Vir Dn. M. JOACHIMUS
DASENIUS, Universitatis nostræ &
Reverendi Concilii Secretarius fide-
lissimus. Utut enim consanguineorū
clades probissimum quemque non
mediocriter afficiant, & sicuti bono-
rum, ita etiam deterioris fortunæ he-
redes nos ac participes esse conve-
niat; nescio tamen, quomodo cetera
quidem omnia conjugum intuitu
non nihil aliena, & quicquid illos af-
fligat, id familiare demum ac dome-
sticū à nobis habeatur. Tanquam cjs
rei causas ignorare vix possumus, cū
insita omniū naturæ vis ad sui amore
unum-

numquemque stimulet, nec prius ab
conservatione ejus, quod quisq; est,
dimitat, nisi ipsa simul divortiū fa-
ciendo, ultimū finē attulerit. Et qui-
dem si quis nostram conjugum repu-
ret conditionem, quomodo ad gloriā
Creatoris facti, propter eandem ma-
ritati simus, illi tum obscurum esse
non potest, quod nostrū sit nemo
totus, nisi alterā simul parte censea-
tur, quæ ex matrimonii lege ac man-
dato sibi debetur. Mas enim & fœmi-
na sic homo facti sunt, ut absq; iis ne-
mo mortalium homo futurus esset.
Isto præcipue argumento, ut, quicun-
que deinceps societatem illam coi-
rent, par quoddam indivisum, eaque
unitate censerentur, quæ solius divi-
ni esset arbitrii, nullaq; humana po-
testate teneretur. Tanto arctiori vin-

Ttt 2 culo,

culo, quia natura simul respondeat,
& in commune duorum consortium
animos corporaque conglutinet. Ut
quemadmodum duorum una caro
est, ita in una carne unus duorum
animus, idem utriusque nolle ac velle,
idem agere ac pati sit. Quæ quidem
admirabilis propensio, a dito im-
pressa Creatoris, id, quod supra dixi-
mus, omnino efficiat, ut neutra pars
se absolutam existimet, utraq; in al-
teram promineat, veluti ad corporis
constitutionē principia intime con-
veniunt, maximoque naturæ arcano u-
num sunt. Inde ergo amor duorum
inter se, & eo ipso quod mutuus est,
intra complexione maximus & de-
mum perfectus. Dum alteri quæque
pars, quod sui boni est, impertit, &
absque illa communicatione, nec bo-
num

num se nec quicquam possidere intelligit. Ipsa
unione indigentiam utriusq; mutuam & sum-
mam consensionem, & communia inter se o-
mnia perficiente. Quid ergo mirum sit, quod
cetera omnia, etiam quæ ortum nobis dedére, &
extra nos & quodammodo aliena sint; cum a-
more unius, & naturali in istam sui partem incli-
natione, exire jus ac fas sit mulierem ex Genito-
ris domo simul & potestate, Viro autem Pater u-
nâ ac Mater relinquendi sint, ut uxori demum
suæ adhærere possit? Quænam enim liberorum
ac Parentum inter se commercia sunt, quam
pietatis & officiorum? Et quomodo jam non
divisa utrinque est sollicitudo ac cura, post-
quam in thalamum concessimus? Amat filiam
pater ac bene vult; ut benefaciat, à Genero exi-
git, etiam mercede conducit, & viro sibi successo-
rem dat, tutorem præstituit, potestati eximit;
marito totam locat donatq;. Filius contra sic
amando petgit, ut, quos è præcepto nunquam
non honorare potest ac eolere, eos à mundi ori-
gine, ac primo omnium instituto, carni suæ post-
ponat. Qua ut nihil in posterum sibi propius
esset atque interius, corporis eum separare com-
merciū primo, post assuefacere uni velut sibi,
totumque in ejus amorem convertere debebat.

Hoc

Hoc ergo est, Academiæ Cives, quod cetera quidem tam alte in animum non demisit. Vidui nostri moestissimi, quæcumque ei ab Soceri, quo cum conjunctissime vixit, repento obitu, quæcunq; etiam ab genuino parente, quem impensis amat, in posterum accidere posse videantur; postquam unicum istud rerum omnium, quas mortales tenet atque possidet, omni pretio magius, alteram sui partem, se veluti dimidium amisit, in charissima quondam uxore, CATHARINA. Quæcum modico tempore, sex duntaxat per annos, tam multis sibi cognita perspectaque vicibus, recenti simul & ob id tenerimo amore haberetur, debuit omnino tantum vulnus infligere, quod obligari haec tenus non potuerit. Desiderio ac contemplatione omnem geminante ægritudinem atq; animi angustias. Quippe qui nihil in ea repererit, quod non eximio ac singulari olim amore, nunc quia tam præpropere abreptum sibi excussumq; est, majori luctu dignū sit. Nata enim iis parentibus, quos diligere quisquis ac colere debebat, iis autem prædicta virtutibus, quæ precium non inventirent, quia excederent; consummatam felicitatem afferre cum dote sua omnino videri poterat. Quid fuit Reverendo & Doctiss. Dn. M. JOHANNE CORFINIO,

quem

quem nuper extulimus, venerandi Ministerii Se-
niore & Ecclesiaste ad D. Jacobi & S. Crucis, aut
fidelius aut ex morum honestate & candore pro-
batius? Quid ELISABETHA, Magni illius Theo-
logi, Professoris ac Superintendentis quondam,
apud nos, Dn. D. SIMONIS PAULLI filia, in
sexu suo laudatius? Atqui iis parentibus prid.
Cal. Febr. ante annos XXIV, nata, Christoq; in-
serta, non poterat moribus atque animo alia esse
filia, quam & nascendo acceperat, & obfirmave-
rat accrescendo. Quapropter nec aliam sibi le-
gendam ratus noster DASENIUS, experiundo
didicit, quam bene vota cesserint, postquam tan-
tam animi consensionem, obsequium & integri-
tatem offendisset. Tanto sollicitior, si quando
male haberet, & in omnes partes anxius, um nu-
per ex ascite decumbere inciperet; quo minus
sibi, quod tandem necesse fuit, istam pretiosissi-
mæ rei jacturam faciendam esse intelligebat. In-
primis ab eo tempore, ex quo mater facta, obsi-
des amoris coelo terraque jam marito dederat,
GEORGIUM ALBERTUM superorum fidei an-
te triennium commissum, ELISABETHAM pri-
mogenitam, sibi superstitem, Parenti in solatiū
& pignus reliquit. Ipsi hæc funestissima tem-
pora, si unquam alias, nunc communium peri-
culorum

eulorum sociam ac levamen requirebant, ut germinatus ille animorum vigor adversus mortalitatem securius utrinq; maritum in primis, & familiæ suæ caput tueretur. Sed pervicit morbi vis tenerumq; corpus, ipsa fœcunditate grave sibi ac molestum, cum ceteris viribus sic prostravit, ut diuturnitate quoq; auxerit, & post XX, ægrotationis septimanas, die XII. Septembr. summa nocte, fine, inter CHRISTI simul & mariti brachia placidissime afferret. Hæc sunt Academiæ Cives, quæ vos cum primis adhortari possunt, ut solatum viduo ex vobis afferre, ultimumq; uxoris honorem augendo frequentandoq; demeri- teri vos cupiatis. Quod quidē ego à vobis simul spero, & postulo. Ipsi B.V. P.P. XIV. Sept,

A. Chr. M DC XXXIX.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771915330/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771915330/phys_0014)

DFG



num se nec quicquam possidere in
unione indigentiam utriusq; mut
tam concessionem, & commun
nia perficiente. Quid ergo miru
cetera omnia, etiam quæ ortum no
extra nos & quodammodo aliena
more unius, & naturali in istam sui p
natione, exire jus ac fas sit mulieris
domo simul & potestate, Viro aut
nà ac Mater relinquendi sinr, ut ux
suæ adhærere possit? Quænam eni
ac Parentum inter se commercia si
pietatis & officiorum? Et quomo
divisa utrinque est sollicitudo ac
quam in thalamum concessimus?
pater ac bene vult, ut benefaciat, à
git, etiam mercede conducit, & viro
rem dat, tutorem præstuit, pot
marito totam locat donatq;. Filiu
amando petgit, ut, quos è præcepto
non honorare potest ac colere, eos à
gine, ac primo omnium instituto, ca
ponat. Qua ut nihil in posterum
esset atque interius, corporis eum se
mercium primo, post assuefacere un
totumque in ejus amorem converti

